



255





zu 005

O. i. 840 (1-101).



THESES  
DE REBUS  
CREDITIS, SI CERTVM  
PETATVR, ET DE CON-  
DICTIONE.

QVAS DIVINA CLEMENTER ASPI-  
RANTE GRATIA, SVB PRAESIDIO CLARISS. CON-  
sultissimorumque virorum, D. Ioannis Michaëlis Cro-  
nenburgeri Dictatoris, & D. Ioannis Hollandt Fisci, SS.  
LL. Licent. in florentissimo inelytæ Colonienfium  
Vbiorum Academix Iuris Collegio  
publicè defenfabit.

MICHAEL MICHAËLIS.

*Anno redemptionis humane M. D. XCI.  
16. Augusti.*



COLONIAE AGRIPPINAE      ii  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.



## TRANSITIO.

**U**m duo sint actionum genera, (a) & haecenus de priori vindicatione scilicet, dictum, succedit nunc alterum, videlicet conditio, quae ex contractu oritur: inde q̄, in ipso limine haec tertia pars ff. titulo generali (b) de rebus creditis exornatur.

(a) l. actionum genera 25. in prin. de oblig. & act. §. 1. inst. de act. V. Vef. Cuiac. in parat. ff. h. t. (b) Cont. lib. 1. disput. iur. civil. cap. 3. In hac sententia ut testatur Donell. in rubr. h. t. sunt omnes veteres: Nostra tamē aetate hanc in dubium vocavit Anton. August. lib. 3. emend. cap. vlt. quem sequitur Cuiac. lib. 7. obs. 32.

## THESIS I.

**V**T rei vocabulum generale, (a) quae libet res, siue species siue iura sint, complectitur: (b) ita credendi appellatio generalis omnes contractus continet: (c) cū cuiusque rei assentiamur, alienam fidem secuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur. (d)

(a) l. 1. in fin. h. t. l. rei appellatio de verb. sign. (b) in prin. instit. de reb. corp. & incorp. l. rei appellatione de verb. sign. Donell. in d. l. 1. (c) l. si cum pecuniā 3. C. de contrah. & committ. stipul. (d) d. l. 1. in fin. h. t.

### II.

Quod quo minus, verbis nudis fiat, dominio permanente, etiam à non domino, in re quae libet vel extra quantitatem posita, nihil est quod obstet. (a)

(a) l. mutuum 2. §. creditum ergo, vsque ad fin. h. t. l. creditores accipiendos l. creditorum appellatione & ibi Alciat. de verb. sign. Old. clas. 4. act. 17. in princ.

### III.

Hoc posito mutuum ut species, à credito ut à genere, differt, (a) quamuis interim creditum commune verbum, ut plurimum, ad speciem refertur, proq̄, mutuo vsurpatur: (b) Quod definitur, contractus iurigenus. (c) re mitus, (d) stricti iuris, (e) quo quantitas (f) datur alteri ea lege, ut in eodem genere reddatur. (g)

(a) d. l. mutuum §. creditum ergo. (b) l. quod si ab initio l. si tibi pecuniam h. t. l. si quis, §. si filiusfam. l. quia quod vulgo. Ad SC. Maced. Boich. cap. 2. nu. 5. in tract. de vsur. & haec sententia communis teste Vgl. Zuich. in d. l. 2. Hottom. tamen in commen. ad h. t. ita minus rectè appellari censet. (c) §. ius autem gent. instit. de iur. nat. gent. & civil. Dd. communiter in l. hoc iure de iust. & iur. (d) in prin. inst. Quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. §. re contrahitur de oblig. & act. (e) §. actionum inst. de act. l. aut mutua de eo quod cert. loc. (f) l. si non singulis C. si cert. pet. d. prin. (g) d. prin. d. l. 1. §. re contrah. Cuiac. lib. 11. obs. cap. 17.

### IIII.

Quantitatis appellatione non solum pecuniam numeratam venire existimo, (a) sed res quae libet suo pondere, numero & mensura constantes. (b)

(a) ut in l. 1. de pen. leg. l. si ambo de compens. & alibi. (b) l. si ex pretio. C. si cert. pet. l. non utique 3. iuncta l. seq. de eo quod cert. loc. l. ambitiosa de decret. ab ord. fac. l. vn. C. de feat. quae pro eo quod int. Cuiac. lib. 11. obs. 37. Contrarium tenet Zas. lib. 1. sing. respons. & 12.



& in tt de verb. oblig. per l. in summa §. frumento de condict. indeb. quem acriter reprehendit. Molin. in extric. Labaryath. de diuid. & indiuid. stipul.

V.

*Siquidem & oleum, vinum, frumentum, panes, pisces, attestante vetustate, (a) reclamante Azone, (b) hac lege dari possunt, vt non in eadem specie, sed in eodem genere reddantur. (c)*

(a) Varro lib. 3. de re rust. Plin. lib. 9. Cuiac. d. obs. 37. in fin. (b) in summa aurea C. & gl. mag. in l. 2. h. t. (c) Bart. & Zas. in d. l. 2.

VI.

*Interdum tamen vt eadem species in mutuo reddatur contingit: (a) Non tamen lan-  
tem vendendam tibi traditam, vt pretio utaris, alteri pignori dare, postea eam luere, &  
vt mutuum contractum dicatur restituere poteris. (b)*

(a) Donell. in l. 2. h. t. Borch. in prin. inst. Quib. mod. re contrah. oblig. & ibid. Sncid. vbi dicit Dd. ita communiter tenere. Quod & ipsum Vigl. Zuich. in d. l. 2. & Zas. in l. 1. nu. 10. afferunt. Contrarium tenuisse Azon. Zasius & Accurs. referunt. (b) Alciat. & Ias. per l. 2. h. t. l. rogasti me de præscript. verb. Dissentit Dec. in l. si pro mutua C. si cert. pet.

VII.

*Si ita conuentum sit vt eadem species reddatur, commodatum erit, aut depositum, in quibus dominium non transfertur: (a) cum vt mutui obligatio constituatur, dominium transire, (b) & hoc animo dari ac accipi oporteat, vt par voluntas dantis & accipientis cognoscatur. (c)*

(a) l. 2. in prin. h. t. l. bona fides in fin. de pos. l. commodare cum l. seq. commod. Vigl. in d. l. 2. vbi refert contrarium velle Alciat. per l. die sponsaliorum §. 1. de pos. l. 1. de præscript. verb. (b) d. l. 2. §. appellata l. 1. §. re contrahitur de oblig. & act. in princ. instit. Quib. mod. re cont. oblig. (c) l. obligationum substantia §. 1. de oblig. & act. Dd. communiter in l. si ego pecuniam h. t.

VIII.

*Hinc si certa summa petita, & corpus distrahendum datum fuerit, etsi pluris distrahatur, tamen vltra petitam summam, mutuum non contrahitur: (a) Vt & si tibi pecuniam quasi donaturus dederis, tu quasi mutuam acceperis, neque donatio neque mutuum erit. (b)*

(a) arg. l. Titia §. idem respondit l. 99. de verb. oblig. l. non omnes h. t. l. Lucius de cond. indeb. Contradicit Loriot. per l. pacta nouissima C. de pact. l. si fundum §. fin. de contrah. empt. (b) d. l. obligationum substantia §. 1. l. si ego pecuniam h. t.

IX.

*Cum verò dictum dominium transire, & generali regula cautum inueniatur: Neminem plus iuris transferre quam ipse habet, (a) curandum erit, vt dans mutuo sit dominus, aut domini loco, liberamq; rerum suarum habeat administrationem: Sumens etiam mutuo sit sue potestatis & cui hoc legibus non interdictum. (b)*

(a) l. nemo plus iuris l. nemo plus commodi de reg. iur. c. nemo de reg. iur. in sexto. l. traditio 20. de acq. rer. dom. (b) l. mutuum §. 2. & ibi Dd. l. nam & fil. h. t.

Quare



Quare etiam mutuum contrahere nequeunt pupillus, qui ne naturaliter quidem obligatur, (a) nisi in quantum locupletior factus, (b) prodigus, (c) cui à pratore hodie bonis interdicitur, (d) furiosus, (e) seruus, (f) fur, (g) (si tamen hæc persona de facto mutuo quid dederint, consumptione conciliatur) (h) præses prouincie: (i) Nec refert an in patria, in loco originis suæ, an extra illam magistratum gerat. (k)

(a) l. pupillus de oblig. & act. (b) l. naturaliter eum l. seq. de cond. indeb. l. pupillus §. 1. de author. tut. eruditè Anton. Gouian. in l. 1. §. id quod natura. Ad l. Falcid. Borch. in princ. instit. de author. tut. Contrarium tenet Donell. in tit. de verbor. oblig. & Corraf. lib. 5. Miscel. cap. 22. (c) l. rogasti §. fin. cum l. seq. hoc tit. (d) l. is cui bonis de verb. oblig. l. 13. de curat. furios. l. 1. l. Iulianus eod. Ioann. Borch. cap. 3. num. 10. de pact. Et hæc sententia communis Vasq. controuers. ill. lib. 1. c. 17. nu. 13. eamque praxis obseruat Gaill lib. 2. obs. 51. nu. 2. Dissentit Don. in d. l. is cui bonis. (e) l. si a furioso h. t. (f) l. rogasti §. fugitiuus h. t. (g) l. nam et si h. t. (h) d. l. rogasti, §. fin. l. non omnis. (i) l. principalibus, h. t. l. eos qui l. quisquis, C. si cert. pet. (k) arg. l. officij de contrah. empt. Dec. in d. l. principalibus. Contrariatur Bart. & Ale.

XI.

Filius familias in sacris constitutus mutuum sumendo efficaciter obligatur, (a) actionem tamen exceptione SC. Macedoniani, etiam post condemnationem opposita, (b) elidere potest. (c) quæ non solum ipsi sed & alijs prodest: (d) sed an huic beneficio renunciare possit queritur? quod negandum puto. (e)

(a) l. 10. l. 18 ad SC. Maced. Borch. in §. illud propriè. Quod cum eo qui in al. pot. est. VVef. in supplem. ad Seneid. ibid. nu. 7. (b) l. tamen non opposita & ibi Dd. d. t. (c) tot. t. ff. & C. ad SC. Maced. (d) l. sed & paterfam. §. non solum eod. d. §. illud propriè. (e) glo. in d. l. tamen. Si hard. in rubr. C. eod. VVef. in supple. ad Seneid. in d. §. illud propriè & ibi Borch. vbi hanc communem dicit. Dissentit Zas. lib. 2. sing. respons. vbi tamen totum orbem contradicere fatetur.

XII.

Verum enim uerò nihil mutuum remoratur, num proprio vel alieno nomine contrahatur, cum & mutuum sumendo obligare possint tutor pupillum, (a) & Syndicus ciuitatem, (b) vniuersitatem scilicet non singulos ciues, (c) dummodo creditor, (d) sumptam pecuniam in utilitatem eorum versam probet. (e)

(a) l. quid ergo §. consequitur de contrar. vel util. act. tut. l. & in contraria de vsur. (b) l. ciuitas h. t. (c) l. sicut quod cuiusque vniuers. nom. pluribus comprobatur Dec. in d. l. ciuitas. (d) per l. 1. C. si aduers. vend. l. 2. de probat. glos. in d. l. ciuitas Don. ibid. Molin. in tract. de vsur. quæst. 37 nu. 279. Old. clas. 4. act. 17. Hartm. Pistor lib. 1. quæst. iur. quæst. 27. num. 18. vbi dicit communiter ita teneri. (e) l. 2. C. si aduers. vend. l. si in rem. C. quand. ex fact. tut. Hartm. Pistor. d. quæst. 27. nu. 23.

XIII.

Simili modo non nocet mutuo, si pecunia aliena accepta, (a) si debitum ex alia causa in mutuum transfundatur, (b) si corpus vendendum, ut pretio utamur, traditum: (c) quævis hic non per omnia inter IC. conuenisse sint qui affirmare non dubitent. (d)

(a) l. si tibi pecuniam h. t. (b) l. certi condictio, §. de posui eod. (c) l. si pro mutua C. si cer. pet.



pet. l. singularia h. t. (d) Fulgos. & Moli. quos sequitur Cuiac. tract. 8. ad Afric. in l. qui negotia mandat. & lib. 8. obs. cap. 8.

#### XIV.

Et haec singularia ratione iuris communis circa pecuniam creditam ex benigna interpretatione recepta sunt: (a) Regulariter quae stipulationi eadem & numerationi pecuniae inferi possunt; ideoque & pure & sub conditione & in diem recte creditur. (b)

(a) per l. si tibi l. singularia de leg. Donell. in d. l. singularia n. 15. Zas. ibid. & Vigl. Zuich. qui dicunt hanc sententiam communiter receptam. Contradicunt glo. Ioh. & Azo (b) l. omnia h. t.

#### XV.

Quod si pure, quamvis statim debeat, (a) tamen congruum spatium petendi ex qualitate personarum & negotij tacite inest, (b) de qua iudex statuere & arbitrari debet. (c) Quod si sub conditione, siue ea casualis, siue potestativa, siue mixta fuerit, non ante debetur, nec peti potest, quam conditio existat. (d)

(a) l. cedere diem de verb. sign. §. fin. inst. de inut. stip. (b) Bart. Alex. & Ias. in l. si poenam in fin. de verb. oblig. Dec. in l. vinum h. t. & in l. in omnibus obligationibus de reg. iur. Purpur. in l. rogasti, §. si tibi nu. 13. h. t. allegat ad hoc text. Eccles. 20. Moli. in tract. de usur. quaest. 2. num. 82. Contrarium tenet Bald. & Ang. in d. l. si poenam (c) Menoch. de arbitr. iud. quaest. lib. 2. cent. 1. cas. 22. nu. 4. (d) §. sub conditione inst. de verb. oblig. l. cedere diem de verb. sign.

#### XVI.

Quod si in diem, statim quidem debetur, & actio iam nata, (a) attamen si ante diem creditor petierit exceptione repellitur. (b) Potest tamen debitor ante diem volenti creditori solvere, (c) sed an invito? quod disputandi gratia nego, non ignarus multitudinis iudicio hoc improbari. (d)

(a) l. eum qui calendas §. fin. de verb. oblig. l. obligationum ferè de oblig. & act. l. cedere diem, & ibi Ale. ubi communem dicit de verb. sign. Dissentit Don. in l. 9. h. t. & in d. l. eum qui calendas. (b) l. eum qui ita stipulatur, §. qui stipulatur de verb. oblig. (c) l. stipulatio ista habere licere §. in incertam, l. continuus actus, §. cum ita de verb. oblig. l. quod certa de solut. (d) Communiter distinguunt inter diem certum & incertum, sed nos reiecta distinctione simpliciter hoc dicimus; Aemil. Ferret. in d. l. stipulatio ista §. in incertam quem sequitur Cuiac. ibid. & lib. 23. obs. cap. 22. per l. si soluturus, l. creditor de solut. arg. l. 3. §. quod si servus de stat. lib. Communem latè & pluribus defendit Don. in d. l. stipulatio ista.

#### XVII.

Hoc obtento vel hinc satis liquet, non ita Dd. intemperijs actos, ut quidam volunt, (a) & fœdè errasse, qui mutuo accepto sub usuris cum pacto, ut usque ad annum non solvant, docent, prius solui non posse: ut & fundo in antichresin dato, non licere eo anno luere. (b)

(a) e quorum numero est Molin. in tract. de usur. quaest. 55. nu. 384. (b) Accurs. in l. qui Romæ in princ. & ibi Bart. Alber. Ang. Paul. uterque Immol. & omnes de verb. oblig. Itè Accurs. in l. fin. C. de pact. pign. quem ibi sequitur Bald.

#### XVIII.

Quod si debitor spontè & ultro solvere recusaverit, certi conditione convenitur: (a)  
qua



qua non solum ex mutuo competit, sed ex omni causa, ex omni obligatione, ex qua certum petitur, nec interest, an ex contractu certo, h. e. nominato, an ex contractu incerto, hoc est innominato petatur. (b) Est verò certi conditio generalis vna, speciales multae. (c)

(a) in prin. instit. Quib. mod. re contrah. oblig. l. certi conditio h. t. Old. class. 4. act. 17. (b) ita interpretatur optimè, Accurs. in d. l. certi conditio, & ante eum antiquus glossatur Petr. referente Bart. V. Vel. in parat. ff. in fin. h. t. Aliter Aret. quem sequitur Bart. Don. in d. l. certi conditio Duar. in l. vbi autem non apparet, de verb. oblig. (c) Hæc fuit acerima disputatio Citramontanorum & Ultramontanorum. Nos contra communem, Ultramontanorum sententiam amplectimur. Zas. in rub. vbi & Don. & in d. l. certi conditio. Myns. in §. i. instit. Quib. mod. re contrah. oblig. & in §. rei persequendæ de act.

### XIX.

Conditio speciali ex mutuo non tantum fors petitur, sed & usura. (a) Nam quamuis mutuum omni iure, diuino, (b) civili, (c) canonico, (d) & constitut. imperij, (e) gratuitum sit, tamen vt usurarum vel pensionis nomine aliquid præstetur, stipulatione, vel pacto in continenti adiecto, effici potest: (f) Ac siquidem ultra legitimum modum usura adiecta, non per hoc contractus vitatur, (g) sed ad legitimum modum hæc reducuntur. (h)

(a) Old. class. 4. act. 17. (b) Exod. 22. Psal. 14. & 34. Luc. 5. (c) l. rogasti h. t. l. si tibi decem, in prin. de pact. (d) tot. t. de usur. c. quoniam multi 47. dist. c. quoniam 14. quæst. 4. (e) Vide Reichs abscheide t. von wucherlichen contracten/part. 1. fol. 55. 08. 223. & part. 2. fol. 54. 239. (f) l. lecta h. t. (g) l. 8. C. si cert. pet. l. principalis de reg. iur. l. ex pupillari de vulg. & pupill. subst. c. utile de reg. iur. in sext. Gaill lib. 2. obs. 4. (h) d. l. 8. l. eos, §. si quis C. de viur. l. pecuniæ, l. usuras illicitas, l. placuit ff. eod. Dissentit Steph. Bertran. conf. 206.

### XX.

Quod si nihil de usuris cautum, nec tunc debentur, quamuis si statutus dies soluendi effluxerit ratione interesse, non quinque, aut certum quid, peti possit, (a) sed, precedente liquidatione, damni & lucri cessantis ratio habenda, (b) si mutuo dans negotiari solitus. (c)

(a) Contrarium tamen in quibusdam iudicijs obseruari testantur, decis. V. Vittenb. sed addunt malè (b) Bart. in l. vn. C. de sent. quæ. pro eo quod inc. Alex. Ias. in l. non utique §. nunc de offic. o. de eo quod cert. loc. Dec. in l. quatenus de reg. iur. Peck. in c. mora sua de reg. iur. in sext. Molin. tract. de usur. in prin. nu. 28. Myns. cent. 4. obs. 56. Gaill lib. 2. obs. 4. (c) Bart. in d. l. vn. Paul. de Castr. in l. nummis, de in lit. iurand.

### XXI.

Reddenda verò sorte, ei si non cauimus vt æquè bonum nobis reddatur tamen soluenti, rem alterius generis, vel eiusdem, deteriolem tamen, aut minoris quantitatis, reddere non licet: (a) vt vinum vetus pro nouo, (b) frumentum pro pecunia, (c) aut vice versa. (d)

(a) l. 3. vbi Vigl. h. t. (b) d. l. 3. in fin. (c) Zas. in l. 2. §. mutui datio nu. 10. & 11. Vigl. ibid. n. 4. vbi hanc communem asserunt. Nec etiam licet pro decem aureis mutuo datis, fideiussorem obligare in decem modios frumenti. l. si ita 42. de fideiuss. Zas. in d. l. 2. n. 12. (d) Bart. in l. 2. cuius sententia communiter recepta teste. Zas. in d. l. 2. & Vigl. Züch. ibid.

Ab



XXII.

Ab hoc fonte profluit, quod fidem suam liberans, aureis mutuo acceptis, aureos reddere cogatur; non nummos argenteos alterius monetae & nota, licet eiusdem valoris & aestimationis fuerint. (a)

(a) Bart. in l. Paulus n. 3. de solut. & in l. 1. §. ult. de aur. & arg. leg. & in d. l. 2. §. 1. vbi Alex. & Ias. Bald. in l. si quis argentum in princ. C. de donat & in l. libera, C. de sent. & interloc. om. iud. Abb. in c. quanto col. ult. de iureiur. Consuetudine tamen contrarium seruari testatur gl. in d. l. si quis argentum: sed consuetudo haec in volenti creditore militat non in inuito, vt rectè sentit Molin. in tract. de vsur. quaest. 94. nu. 708.

XXIII.

Quod si valor monetae creuerit aut decreuerit, vt augmentum creditoris commodo; ita decrementum ipsius incommodo cedit: (a) Cum enim Dd. id in alijs rebus fungibilibus vno ore statuunt, cur non in moneta idem statuendum vrgentem, quamuis speciosam, diuersitatis rationem non video.

(a) Bart. in l. 1. l. cum aurum de aur. & arg. leg. l. cum quid & ibi Alex. & Ias. h. t. Iac. de Put. in disp. monet. col. 1. Calc. conf. 14. glo. in c. ignorat. 32. quaest. 4. Hostieas. in c. quauis col. 2. in fin. de iureiur. Andr. de Ifern. in c. 1. in verb. monetae, & ibi Matth. de Afflict. nu. 10. & Borch. nu. 58. quaest. sint regal. Et hanc sententiam omniam consensu receptam docet Tyraq. lib. 10. de vtroque retract. §. 1. glo. 18. n. 17. Alb. Brun. de aug. & dim. concl. ult. limit. 1. Anton. Gabriel. Rom. lib. 3. comm. conclus. t. de solut. & liber. concl. 2. nu. 1. Contrarium tenet Boer. in decis. aur. decis. 327. vbi tamen fatetur nostram communem. Donell. in l. 3. h. t. & Neotherici plures.

XXIV.

Valorem nummorum ex communi Interp. calculo ad bonitatem pecuniae extrinsecam referendū puto. (a) Et licet in alijs contractibus nummos reprobos soluere non liceat, (b) tamen thaleris creditis, iisdemq; postea reprobatis, à debitore in reprobatis nummis solutio fieri potest. (c)

(a) Contrarium tenet Molin. in tract. de vsur. quaest. 92. nu. 696. & alij quos ibi recenset, sed tamen hanc sententiam vulgarem fatetur, quam & ipse tandem amplectitur, cum iam, inquit, tribus fermè seculis inualuerit. (b) Eleganter, §. qui reprobos de pign. act. (c) Bart. in l. quod re, & ibi Alex. h. t. Bald. in l. cum quid col. 2. vers. tertij dicunt, & ibi Alber. col. 2. vers. Iacob. de Arena h. t. eamq; communem dicit. Alex. in d. l. cum quid. Ant. Gabr. Rom. lib. 3. comm. concl. t. de solut. & lib. concl. 1.

XXV.

Quod si thaleri mutuo dati tempore solutionis non reperiantur, aestimationis eius quae fuit tempore contractus ratio habenda; Atque idè si aureus tempore contractus valuerit 30. solidos, hodie bonitate intrinseca seu substantia deteriorata, valeat 24. teneris pro aureo 30. solidos numerare: sic vice versa; si prius valuerit 24. solidos, hodie verò bonitate intrinseca aucta valeat 30, 24. solidos pro aureo vno soluendo, liberaris. (a)

(a) Panorm. latifs. in c. quanto nu. 32. de iureiur. Afflict. decis. 493. Immol. in l. creditor nu. 1. de solut. Dd. in l. cum quid. Corn. conf. 321. vol. 1. vbi communem dicit Host. in d. c. quanto & ibi Abb. qui dicit ita communiter sentire legistas & canonistas. Matt. de Afflict. in c. 1. & ibi Borch. Quaest. sint regal. Gaill. lib. 2. obs. 73. nu. 3. Corraf. lib. 6. Miscel. cap. 3. nu. 4.





nu. 4. dicit hoc ita receptum, quod & late & pluribus autoritatibus probat Tyraq. d. loc. Et hanc sententiam tanquam veriolem, & iuri atque æquitati magis conformem amplexi assessores Camera teste Myns cent. 4. obs. 1. Contrariū tenet Fab. in auth. hoc modo, C. de solut. & in prin. instit. Quib. mod. oblig. toll.

### XXVI.

Totum etiam quod datum est, vna vice reddi debet, nec inuitus creditor partem accipere regulariter compellitur: (a) Quamuis Iulian. humanius prætorem facturum existimauit, si actorem ad id, quod offertur accipiendum compulerit. (b)

(a) l. tutor condemnatus, §. 1. de vsur. l. qui pignori de pign. l. quamdiu. C. de distract. pign. Zas & Don. in l. quidam existimauerunt h. r. Borch. cap. vlt. nu. 3. de vsur. Dissentit Alc. cum in l. 2. de verb. oblig. tum in d. l. quidam existimauerunt. (b) d. l. quidam existimauerunt. Hottom. illust. quæst. 22.

### XXVII.

Si quid de summa perierit, non inde tamen pars rectè soluitur; vt nec ab integro debitor liberatur si integra summa casu aliquo fortuito intereat (a) Quod tamen in deposito alijsq. contractibus secus, (b) nisi causa aliqua intercedat, que idem suadeat. (c)

(a) l. incendium, C. si cert. pet. l. quod te vbi Cost. h. r. l. 1. §. & ille quidem de oblig. & act. l. item is cui. quib. mod. re contrah. oblig. Sncid. in §. sequens illa nu. 15. de act. (b) d. §. item is cui d. l. 1. §. & ille quidem. Old. class. 4. act. 23. (c) l. si quis nec causa h. r.

## COROLLARIA.

### I.

Corollarij vices sustineat mutui diuisio vulgaris communi Dd. consensu recept. a. quib. mutuum in naturale & ciuile diuiditur, quam tamen, assentiens Carol. Molin. (a) reijciendam censeo, vtputa cum per chyrographum (b) aut stipulationem (c) mutuum nullum contrahatur.

(a) in tract. de vsur quæst. 84. nu. 654. vbi hanc phantasticā & inutilem vocat (b) tot. tit. instit. de litter. oblig. l. in contractibus. C. de non num. pec. (c) l. si ita stipulatus 126. §. Chrysogonus de verb. oblig. l. si ita fuero stipulatus cum l. seq. de nouat. Pro contraria sententia facere videtur l. 2. & l. vlt. C. si cert. pet. l. si & me & Titium h. r.

### II.

L. vinum h. r. Vino mutuo dato, si quidem dictum fuerit, quo tempore redderetur, estimabitur vinum, quanti tunc fuit, si non, quanti tunc, cum petitum esset: Et si conuenit vt certo loco redderetur vinum, sequemur pretium loci, quanti eo loco esset: Si nihil de eo dictum, quanti vbi esset petitum. (a)

(a) l. vlt. de cond. tric. vid. Ias in l. 2. nu. 4. de reb. cred. Hottom. quæst. illust. 16. Duar. ad t. C. si cert. pet. cap. 8. Cuius tract. 8. ad Afric. in l. hominem certum 37. mandat. & in l. 59. de verb. oblig. Zas Don. in d. l. vinum.



153255

AB: 153255

(X2203998)

K





*De legibus et constitutionibus Imperatorum*







THESES  
REBVS  
S, SI CERTVM  
R, ET DE CON-  
ICTIONE.

A CLEMENTER ASPI-  
B PRAESIDIO CLARISS. CON-  
orum, D. Ioannis Michaëlis Cro-  
, & D. Ioannis Hollandt Fisci, SS.  
ntissimo inelytæ Colonienſium  
cademiæ Iuris Collegio  
licè defenſabit.

L MICHAËLIS.

ionis humane M. D. XCI.  
6. Auguſti.

CAUCEAMENIVM DE PEDIBVS TVIS

NIAE AGRIPPINAE Ii  
T PETRVS KESCHIDT.

32

